

XVII. DOMINICAE IN OCTAVAS PASCHAE. LECTIO SECUNDA UO. IOHANNIS.

In illo tempore. Thomas unus de duodecim quid dicitur didimus non erat cum eis quando uenit ih̄s. Dixerunt ergo et alii discipuli. uidimus dñm & ip̄s.

OMELIA BEATI GREGORII PAPAE EUSDEM LECTIO II.

Prima lectionis huius euangelicæ questio animum pulsat. quomodo post resurrectionem corpus dominicum uerū fuit. quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum non bis est quod diuina operatio fixatione comprehendatur.

Non est ammirabilis; Nec fides habet meritum cui humana ratio prebet experimentum; Sed hæc ipsa redemptoris n̄i opera que ex se ipsis apprehendi nequaquam possunt. Ex aliis uero operatione pensanda sunt. ut rebus mirabilibus. fides prebeat facta mirabiliora. Illud enim corpus dñi intrauit ad discipulos ianuis clausis. quod uidelicet ad humanos oculos p̄nata uocem suam clauso exiit utero uirginis; Quod ergo mirum si clausis ianuis post resurrectionem suam in æternum iam uenturus intrauit. qui mortuus ueniens non aperto utero uirginis exiit.

Sed quia ad illud corpus quod uideri poterat fides inuentum dubitabat. ostendit eis pro anis manus & lateris; Palpanda carnem prebuit. quam clausis ianuis intro duxit; Quia in re duo mira & iuxta humanam rationem sibi ualde contraria ostendit. dum post resurrectionem corpus suum & incorruptibile & tamen palpabile demonstrauit; Nam & corrupti necesse est quod palpatur. & palpari non potest quod non corrumpit;

Sed mirum modo atque inestimabili. redemptor noster & incorruptibile post resurrectionem & palpabile corpus exhibuit. Ut monstrando incorruptibile. inuitaret ad premium. prebendo palpabile. formaret ad fidem; & incorruptibilem se ergo & palpabilem demonstrauit. ut perfectus esse post resur-